

1431
1.

SIMONIS PAVLI HILSCHERI

MEDICINAE DOCTORIS ET THEORETICES

PROFESSORIS PVBLICI ORDINARIJ

H. T.

FACVLTATIS MEDICAE DECANI

PROPEMPTICON INAVGVRALE

DE

**MEDICORVM INGRESSV AD
INFIRMOS PERQVAM
NECESSARIO.**

IENAE,

LITTERIS MVLLERIANIS,

Pathol. gen.

450,40

Therap. 50.

SYMONIS BAVARIENSIS

MEDICINAE DOCTORIS ET THEORETICIS

PROFESSORIS PUBLICI ORDINARI

FACTURIS MEDICAE DECANI

PROMOTIONIS UNIVERSITATIS

DE

MEDICORUM INGRESSU AD

INFIRMOS PER QUAM

NECESSARIO.

LENAE

LITTERIS MULLERIANIS.



Lateri quidem fas est, quod etiam aegrotorum absentium, & qui ipsi vel medicos non conuenere, vel quos hi nunquam inuiserunt, admodum felix non raro peragi soleat cura, modo sanitatis artificibus vel ab ipsis aegris, vel aliis personis, huic negotio satis aptis, corporum infirmorum temperies, aetas, haecenus consuetae diaetae ratio, morbi praesentis phaenomena cuncta, praegressorum vero historia atque nexus rite exponantur.

Verum enim vero quam mancae atque curtae saepe relationes de aegrotorum statu ad medicos factae esse soleant, de hoc multi artis salutaris periti nobiscum conquiri coguntur. Immo personae, morbum medicis expositurae, his scitu necessarias de eodem circumstantias, ad quaestiones etiam propositas, ne quidem enunciare saepe valent. Quomodo igitur tali rerum statu medicus morbi causae ac genio aegrotantisque naturae satis congrua consilia & pharmaca suppeditare poterit, in primis, si morbus adfuerit co-

):(2

gnitu

gnitu difficilior, complicatus, vel etiam breuis simulque periculofus, in quo bene agendi occasio admodum praeceps esse folet? Erit ne tunc fumme vtile ac neceffarium, fi vlllo modo poffibile fuerit, aegrotum ipfum inuifere, & fui atque aegritudinis indolem perite expifcari?

Atque hanc fumme falutarem aegrotorum vifitationem, praeter quosuis praeclaros in arte medica viros, magnus ifte Philofophus, L. ANNAEVS SENECA, etiam agnovit; quapropter *Epiftola XXII.* inquit: *Quaedam non nifi a praefente monftrantur. Non potefit medicus per epiftolas cibi & balnei tempus eligere: vena tangenda eft. Vetus prouerbi- um eft, gladiatorem in arena capere confilium. Aliquid aduerfarii vultus, aliquid manus mota, aliquid ipfa inclinatio corporis intuentem monet. Quid fieri folet, quid oporteat, in vniuerfum & mandari potefit & feribi; quando vero fieri debeat aut quemadmodum, ex longinquo nemo fuadebit: cum rebus ipsis deliberandum eft. Non tantum praefentis, fed vigilantis eft, occafionem obferuare pro- perantem. Itaque hanc circumfpece: hanc fi videris, prende.*

Profecto non melius hoc negotium verbis exprimi potuiffet, licet id vel clariffimus in fe fufcepiffet medicus. Etenim perraro aeger ipfe, vel alius homo, nifi doctus fuerit medicus, alteri abfenti, curamque dirigenti, rationem pulfus, an celer, aut frequens, durus, aut mollis, aequalis aut inaequalis, tremulusue, aut deficiens, & fic porro, fit, rite exponere potefit: id quod tamen medico praefenti & experto facillime patet. Non minus admodum difficile eft tum aegris ipsis, tum fibi familiaribus, figna morborum reliqua, tam diagnostica, quam prognofitica, quae ex aegrotorum temperamento, vultu, refpiratione, decubitu corporis, fermone, moribusque defumi fo- lent, medico verbis enunciare: de quibus omnibus vero praefens facile certus fieri, & fic in intimiorem morbi cognitionem ferri potefit. Morbi autem quoad genium & gra- dum optime cogniti longe facilius eft cura, quam fuperfi-
ciarie

ciarie saltem noti. Id quod inter alios percelebris iste Gallorum medicus, HOLLERIUS, probe intellexit. De hoc enim conterraneus suus THVANVS, Historicus, refert, quod ante curam morborum omnes circa subiectum aegrotans occurrentes circumstantias probe & accurate perpenderit, unde factam, quod grauisimos morbos feliciter curauerit, quos alii e festinatione ne agnouerunt quidem. Et praeclarum hoc de sollicita in aegrotantis & morbi naturam inquisitione praeceptum Hollerius a Sectae Dogmaticae Romulo, HIPPOCRATE, suo omniumque medicorum praeceptore incomparabili, procul dubio, hausit. Etenim hic *Libr. de affect. c. 36.* scribit: *Cum ad aegrotum deveneris, interrogare oportet, quae patiatur, & ex qua causa, & quot iam diebus; & an venter secedat, & quo vitetur &c.*

Praeter accuratam vero morbi notitiam, quam sedula aegrotorum visitatio medico praestat, hoc etiam commodi habet, ut ad infirmos accedens medicus eis ministrantes personas cunctas, ad quas chirurgi, obstetrices, mulieres clinicae, omnesque adstantes, sanguinis, affinitatis vel amicitiae vinculo aegrotis iuncti, referri debent, sui officii admonere, & si quid ab ipsis vel quoad exhibitionem & applicationem medicaminum, vel administrationem diaetae, minus legitime & ex medici sententia fiat, id ipsum in tempore emendare queat. Vix enim dici potest, quantum in his rebus dextre administratis, ad felicem obtinendam curam, positum sit momentum. Nam facile a dictis personis quidpiam committitur, quod, nisi medici, aegrum invisantis, autoritate & consilio tempestive mutetur in melius, huic periculo, immo pernicipi esse solet.

Tandem etiam visitatio morbis decumbentium a medicis facta magnam in iis erga hunc fiduciam parit; haec vero morborum medelam saepiuscule longe faciliorem reddere solet, praesertim si iidem a vitioso humorum & spirituum motu potissimum dependeant, nec in graiori partium

):(3

solida-

solidarum vitio suum agnoscant fundamentum. Nam propensa animi voluntate, quam medicus visitatione aegroti testatur, & amico isto de morbi causa ac indole, vel, pro circumstantiarum ratione, de aliis rebus cum aegrotis eruditus facto colloquio, spiritus corporis palantes quasi ita vniuntur, ac roborantur, vt causam morbificam longe felicius digerant, vel insensibiliter fere expellant. Atque hoc assertum nostrum promte variis, iisque opportunis, observationibus confirmare possemus, nisi hoc ipsum iam alia occasione a nobis ex parte factum, & praeterea historia vitae ac studiorum Clarissimi Candidati

GOTTHARDTI ZEIDLERI A ROSENBERG

exaranda esset.

Natus autem noster est Loebaviae, antiquissimo Lusatiae superioris oppido, anno huius seculi sexto, die vigesimo quarto Aprilis, patre viro generoso, Dn. CONRADO ZEIDLERO A ROSENBERG, Consule perpetuo regente longe meritissimo, matre vero matrona, dum viueret, sexus sui ornamento, ex inclyta SCHVLZIORVM profapia orta.

Honestissimi hi parentes mox a tenera *nostrae* aetate nihil intermiserunt, quod ad cultum morum atque pietatis, immo solidam bonarum artium cognitionem comparandam iis utile videretur: quem in finem ipsum non solum paedagogorum domesticorum institutioni, sed simul etiam scholae patriae praeceptorum perspectae dexteritati bono cum successu commendarunt, donec aetatis suae anno decimo sexto florentissimi Gymnasii, quod Budissae est, alumnus fieret, in quo per quadriennium fere eruditione & docendi peritia clarissimorum virorum, nempe Dn. M. EHRENFRIIDI BERNHAVERI, Rectoris, Dn. MICHAELIS THYM, Con-Rectoris, & Dn. COLMANNI, qui nunc Sub-Rector
salu-

salutatur, opera & benignitate cum tanta suorum studio-
rum accessione usus est, ut anno vigesimo septimo huius
seculi eadem, e consilio venerandi Dn. Parentis & fidelis-
simorum praeceptorum suorum, in Academiam nostram Sa-
lanam transferre posset, cuius ciuis factus est Pro-Rectore
Magnifico, Dn. D. CASPARE ACHATIO BECKIO, Iurium
Professore celeberrimo & Serenissimorum Saxoniae Ducum
lineae Ernestinae Consiliario Aulico grauisimo, iam de-
nuo Pro-Rectore Magnifico designato.

Rite positis fundamentis in disciplinis philosophicis
ingenium ad artem medicam mox applicuit, sibi que in ea-
dem duces elegit Viros Magnificos, Excellentissimos at-
que Experientissimos Dn. D. IOANNEM ADOLPHVM WEDE-
LIVM, Serenissimorum Saxoniae Ducum Consiliarium &
Archiatrum, Isenacensem Aulicum, Praxeos & Chemiae
Professorem ordinarium celeberrimum, & Facultatis nostrae
Seniorem maxime venerabilem, nec non Dn. D. HERMAN-
NVM FRIDERICVM TEICHMEYERVM, Serenissimi Ducis Ise-
nacensis Consiliarum, Vinarientis, Aulicum, Chirurg. Ana-
tom. & Botanicis Professorem Ordin. clarissimum; illum
quidem, dum perdocte exponeret naturam & curam in-
flammationum ac februm; hunc vero, dum facunde do-
ceret Physiologiam, Pathologiam, Chemiam, Botanicam &
praxin medicam, vel etiam publice cadauera humana, pri-
vatim vero brutorum perite dissecaret, & in vtrisque par-
tium situm, connexionem & usum, simul traderet.

Me etiam, statum hominis secundum naturam eius,
que causas recitantem, ac methodum praescribendi formu-
las docentem, sedulo sectatus est.

Probe itaque ingenio disciplinis medicis imbuto, sua-
su venerandi sui parentis, summos in Medicina honores
capessere secum constituit, eumque in finem ante aliquot
menses inter artis Apollinae Candidatos nomen suum
modeste est professus.

Explo-

Exploratis sufficientibus profectibus a Facultate No-
stra, eadem ipsi licentiam concessit D. XIII. Ianuarii ha-
bendi Dissertationem Inauguralem de ARCANO TARTARI sub
praesidio supra laudati EXCELL. DN. D. TEICHMEYERI.

Hanc solennem panegyrim vt Magnificus Dn. Pro-
Rector, Magnificus Dn. Pro-Rector designatus, illustrissimi
Dnn. Comites, Patres Academiae conscripti venerandi & ceteri
Almae Artis nobilissimi Fautores & Cultores gratiosa & be-
neuola sua praesentia condecorare dignentur, publico Fa-
cultatis nomine perofficiose ac amice oro atque inuito.

P. P. Ienae sub Sigillo Facultatis, M DCC XXXI.
D. XII. Ianuarii.

